

1177

1994  
A  
1386







DISPUTATIO DECIMAQUARTA  
COLLEGII PVBLICI,

DE PETITIONE  
HÆREDITATIS.

QVAM

*Diuino fauente Numine,*

PRÆSIDIBVS

*Clarissimis & Consultissimis Viris, ac DD.*

Dn. PETRO OSTERMANNO, I. V. Doctore, &  
Dn. ARNOLDO MAESS, SS. LL. Licentiato,  
respectiuè Dictatore & Fisco.

*In alma Coloniensis Academia Iuris Collegio publice disputan-  
das proponit die 31. May, An. 1629.*

NICOLAVS STAPELBERG, Aryveilero Eiflius.

14.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Excudebat Petrus Metternich, prope Augustinianos.



UNIVERSITÄT WÜRZBURG  
COLLEGIUM PUBLICUM

DE PETITIONE  
HÆREDITARIÆ

QUAM

D. Petrus Giesemannus, J. V. Doctor &

Magister

Chirurgus & Medicus

in Petrus Giesemannus, J. V. Doctor &  
Magister, & in D. Petrus Giesemannus,  
Chirurgus & Medicus

in Collegio Publico, & in Collegio Publico  
in Collegio Publico, & in Collegio Publico

Nicolaus Giesemannus, Advocatus



COLLEGIUM PUBLICUM

WÜRZBURG

1773





CONTINUATIO.

**P**ost expositionem querelæ de inofficioso testamento præparatoria & præambula petitionis hæreditatis, ordine sequitur, de ipsa petitione propter quam querela instituta est, subiungamus.

THESIS PRIMA.

**H**æreditas nomen iuris non facti est, *l. 178. vers. hæreditas. l. 119. ff. de V. signific. in intellectu consistens non in corporibus §. fin. Instit. de reb. corp. & incorp. l. 50. ff. h. benè definitur, successio in vniuersum ius quod defunctus tempore mortis habuit l. n. h. 2. ff. de verb. sign. l. 62. ff. de reg. iur. hæc cum nondum adita repræsentat personam defuncti l. hæreditas ff. de acq. rerum domin. in ijs præsertim quæ iuris magis quam facti l. 61. ff. d. tit. l. 32. ff. de hæred. instit. Hotoman. lib. 3. obs. 19. in eis vero quæ facti, personam hæredis Hotoman. dict. loc.*

2. Postquam adita & ab hærede agnita est, prout in subiecta materia accipitur hæreditas quoque durat & dicitur *tot. tit. ff. & C. de pet. hæreditat.* Malè ergo aliqui vocabulum successio passiuè pro obiecto aditionis accipi vt *Vvesenb. in parat. hæred. instit.* atque ita hæreditatè cum ab hærede agnita non amplius dici, sed hæredis patrimonium esse volunt *l. sed si plures §. filio. impuberi. ff. de vulg. & pupill. subst. Vvesenb. d. lo. Bart. in l. Titius in princ. ff. ad S. C. Trebell.* melius ergo *Gædd. in d. l. nihil. um. 9.* hæreditatem in duplici significatu in iure accipi contendit aut pro re adeundo acquirenda *dict. §. fin. Instit. de reb. corp. tot. tit. ff. & C. de acquirend. & repud. and. hæred.* aut pro causa siue titulo quo id acquiri potest, & sic in hac materia, vocabulum, hæreditas, accipiendum esse existimamus.

3. Hæreditas autem recipit diuisionem, non quod diuidatur in partes physicè & realiter, sed in partes indiuisas siue indiscretas intellectu & mente *Gædd. in tract. de contrah. vel committ. stipul. c. 6. n. 302.*

4. Eaque vel est ciuilis, quæ vel defertur ex veteri iure, vel leg. 12. tabularum, *l. 1. ff. h.* vel iure nouo vt Scto. & constitutionibus *l. 13. in fin. ff. eod.* vel prætoriam, & vocatur bonorum possessio *tot. tit. Institus. & ff. de bonor. poss. si.* Prætor enim hæredem facere nequit *Instit. d. tit.*

5 Hinc emanat actio, quæ hæreditatis petitio dicitur & videtur com-  
modè posse describi, quod sit actio vniuersalis *l. 1. in princ. vers. post actio-  
nes quas de vniuersitate ff. de rei vind. VVesenb. in parat. n. 5 h. in rem l. sed et ff.  
§. petitio ff. h. l. sin autem §. sed & is ff. de rei vindicat. Iason. in §. quadam Instit.  
de act. n. 4 Marant. 4. part. Iud. dist. 3. n. vlt. Diß. Schneid. & Mynsing. in §. acti-  
onum Inst. de act. bonæ fidei d. §. act. & l. fin. C. h. tit. qua quis petit hæredem se  
declarari, hæreditatemque vel totam, vel pro parte tot. tit. ff. si pars hæred. pet  
iure ad se pertinentem ab eo qui pro hærede vel pro possessore possidet si-  
bi restitui *l. 9 10. & seqq. ff. eod.**

6. Diuiditur in directam & vtilem, illa rursus vel ciuilis competens ei,  
cui hæreditas delata ex leg. 12. tabularum, vel nouo iure *l. 1. & 3. ff. h. ad quam  
refero fideicommissariã, vt rectè tenet Bach. in not. ad Treut. th. 3. lit. C. VVe-  
senb. in parat. de fideicommissaria hæredit. petitione num. 2. vel prætoria, qua  
bona hæreditaria in quorum possessionem quis missus est, ab eo qui illa  
pro hærede, vel pro possessore possidet, restitui sibi petuntur *Vult. 2. Iurispr.  
c. 12. tot. tit. ff. de poss. hæred. pet. Vtilis nõ ex verbis sed mente legis profluens  
l. 9. §. 1. ff. de verb. sig. l. 4. ff. si quadrup. pæp. sec. dict. §. fin. Inst. ad l. Aquil. Gæd.  
d. l. 6. §. 1. datur contra eum qui à possessore rem habet l. nec vllam §. quid si &  
§. si quis sciens ff. eod. eundem tamen inducens effectum l. 47. ff. de negot. gest.**

7. Hac actione vt quis vti possit, oportet vt actor defuncti *l. 2. ff. de hæred.  
vel act. vendita*, hæreditatem aut adierit *Vult. 2. Iurispr. 22.* aut à fiduciario re-  
stitutam acceperit, aut bonorum possessionem agnouerit *l. Papinianus §. vlt.  
ff. de inoffic. testam. l. 1. §. in nouissimo C. de cad. toll. l. 10. C. h. t. VVesenb. parat. n.  
8. h. tit. Gail. lib. 2. obs. 1. 8. n. 8. cuius vel res omnes, vel aliquæ adhuc ab alio  
detineantur corpore Marant. 4. part. distinct. 7. num 6. Gail. lib. 2. obseruat. 148.  
in fin.*

8. Nec refert ex quocunq; iure, ex quacunq; causa, ex quacunq; item  
portione, licet minima *l. 10. ff. h. t. quis hæres sit*, siquidem non ex rebus hæ-  
reditarijs, hæres æstimatur sed ex iure quo succedit *Vult. 2. Iurispr. 22.*

9. Datur hæc actio ei ad quem successio vel iure veteri vel nouo *l. 2. ff. h.  
t. Vult. d. loc.* siue ex testamento siue ab intestato, siue per se siue per alium,  
*l. 2. ff. h. tit. quem in potestate habet l. 3. h. vel extraneum, cui successit, nam  
hæres hæredis primi testatoris hæres censetur textus in l. hæredis appellatio ff.  
de verb. sign. l. fin. C. de hæred. instit. l. 194. de reg. iur. Mynsing. §. actionum. Instit.  
de actionib. num. 107.*

10. Eo vero ordine competere eis censemus, vt primo scriptis *l. legitimã  
ff. l. si scripti C. h. tit.* causa testamenti euacuata ab intestato succedentibus de-  
tur *d. l. legitimam Nouell. 118 c. 3.* Quia non ante commodum ab intestato pe-  
titur, quam cognitum exploratumque est, hæreditatem ex testamento peti  
non posse §. proximus *Inst. de legit. agnat. succ. §. cum autem Inst. de hæred. que  
ab intest. deser. l. 93. ff. de acquir. hæred.* Sin de nullo testamento eis, qui ab in-  
testato succedunt, constet, alternatiuè vel ex testamento si factum est, si nul-  
lum,

lum, ab intestato hæreditatem petere non prohibentur *V Vesenb. in parat. hic num. 8.*

11. Qui ex testamento hæredem se dicit, probare hoc debet per ostensionem testamenti non vitiosi nec cancellati *l. fin. C. de Edict. D. Adriani toll. qui ab intestato probare debet se proximum defuncti cognatum Auth. post fratres C. de legit. hered. §. si plures Inst. de legit. agnat. success.*

12. An titulum & causam, verbi causa, an ex testamento vel ab intestato in libello exprimere actor cogitur? Negatiuam apprehendimus, quia sat erit libellum iudici offerre, quo petat quis se prius pronunciari hæredem defuncti, cui consequitur hæreditatis & rerum hæreditariarum restitutio, ideoq; non rectè agens hac actione ipsam hæreditatem petit, nisi prius petierit vt declaretur hæres *Cou. tom. 2. pract. quest. c. 12. n. 1. V Vesenb. in parat. ff. h. nu. 8. Vant. tract. de null. ex processu. n. 26. Gail lib. 1. obs. 62. n. 11.* Quamuis iudex ad instantiam partis de titulo & causa actorem interrogare teneatur *l. 9. §. illud queritur ff. de interrog. in iure fac. Gail. & Vant. cit. ll.*

13. Datur etiam hæc actio filio cõtra patrè de successione materna, quod de emancipato dubium non habet *per l. fin. ff. h. V Vesenb. in parat. h. n. 8.* aliud erit in suo, cui regulariter lis nulla esse potest cum patre *l. 4. ff. de iud. verũ* tum intentabit hanc actionem cum sui iuris factus fuerit, nec antè illi currit vlla præscriptio *l. 1. C. de annal. excep. sed hodie, si filius in potestate constitutus videat patrem bona eius dissipare, poterit contra ipsum agere Zasius in S. pœnales Inst. de act. Cuiac. 9. obs. 13.*

14. Contra cohæredem quoque competere hanc actionem non est dubitandum *l. 1. §. 3. & 4. ff. si pars hered. pet. quia idem iuris seruatur in parte quoad partem, quod est in toto quoad totum l. 76. ff. de rei vindicat. dummodo pars illa contineat iura actiue & passiue l. 6. §. 1. d. t. si pars hered. & non sit quota bonorum, quæ debet esse absque onere textus in l. 8. §. finali l. 4. ff. de leg. 2.*

15. Vnde filium pro legitima consequenda hac actione hæredem conueniri non posse, cum *Dn. Gail lib. 2. obs. 120. n. 1. & seqq. & omnibus fermè Dd. concludimus, licet honorabili institutionis titulo à patre ei relinquenda sit, iuxta Nouell. 115. c. 3. sed rectius conceditur ei condictio Gail. d. loc. l. 30. C. de inoffic. testam. Dis. Bald. in d. l. 33. Treut. vol. 1. d. sp. 3 th. 12.*

16. Sicuti nec legatario pro legato consequendo *l. 1. & ibid Dd. ff. de leg. 1. sed actio ex testamento, rei vindicatio vel hypothecaria datur Schneid. §. actionum Inst. de act. h. n. 8. Treut. d. sp. hac n. 11.*

17. An emptori hæreditatis competat? de eo qui emit à fisco certum est, *per l. 54. ff. h. t. qui à priuato hæred tatem emit directa, nullo modo utilis, cõcessio actionum ab emptore ei facta sit, datur, text l. 2. §. peruenisse ff. de hered. vel act. vend. l. 15. C. eod. Dis. V Vesenb. parat. h. n. 4.*

18. Denique hac actione agere potest bonorum possessor licet non directa sed utili, *Schneid. d. loc. n. 5. cui & possessoria hæreditatis petitio datur,*

*tot. tit. ff. de possess. hered. petit.* Item hæres fideicommissarius cui ex Trebel-  
liano hæreditas restituta est *tot. tit. ff. de fideic. hered. pet.* Alijque successo-  
res, quibus scilicet non solum à lege cõmuni, ciuili, vel prætoria, sed etiã a sta-  
tuto vel consuetudine hæreditas defertur: & hæc de actoribus: nunc de reis.

19. Ex his quidam tenentur actione directa, quidam utili. Directa ut  
qui pro hærede vel pro possessore possident *text. in l. 9. iuncta l. seq. & l. pro  
hærede ff. hoc tit.*

20. Pro hærede possidere dicitur is, qui ita possidet ut vel bona fide  
credat, se hæredem esse eius, de cuius hæreditate agitur *d. l. pro hærede & se-  
qq.* cum tamen in rei veritate non sit, vel mala fide sciens se hæredem non  
esse, attamen hæredem se esse contendat *d. l. Vult. 2. Iurispr. 22.* Hæredis vero  
appellatione hoc loco comprehendimus quoque bonorum possessorem, ut  
pro hærede possidere videatur, & is qui putat vel falso putat se esse bono-  
rum possessorem *l. 11. in fin. ff. h. Cuiac. ibidem.*

21. Quid de Publiciana? competetne contra possessorem pro hærede? *Ia-  
son. in §. sed iste Inst. de act.* affirmat, cum possidere pro hærede non sit titulus;  
petitio enim hæreditatis non contra titulo possidentem, & tamen contra  
possidentem pro hærede datur, *Zasius* Negatiuam tenet, propterea quod  
non detur contra dominum *l. fin. ff. de Publ. in rem act.* & possessor pro hære-  
de possideat ut dominus *§. fin. Instit. de hered. qual. & diff.* Nobis cum *Iasone  
& Schneid. in d. §. sed iste. n. 32.* affirmatiua placet.

22. Pro possessore is possidet, qui quidem non contendit se esse hæredem  
sed de facto & simpliciter sine titulo possidet, nec interrogatus potest ali-  
quem titulum vel causam suæ possessionis allegare nisi quia possidet: ut  
pædo, fur, raptor, & alius quilibet male fidei possessor *d. l. pro hærede. & cum  
seqq. ff. h.*

23. Tenetur quoque directa debitor hæreditarius actione aliqua obstri-  
ctus defuncto vel hæreditati *l. 16. §. 3. ff. h.* siue ex contractu siue ex delicto si-  
ue in diem siue sub conditione *l. 12. in fin. l. 4. ff. h. Mar. in Spec. part. 4. dist. 7. n. 8.*  
Si nimirum respectu illius debiti se hæredem esse contendat, vel sciens, mala  
fide ius hæreditarium pro possessore possideat *Cuiac. d. l. 14. Diff. Bart. in l. 42.  
ff. h. t. Schneid. §. actionum Instit. de act. n. 38.*

24. Item & is qui actionem aliquam habet quâ res hæreditarias perse-  
quatur, verò gratia, si quis, qui pro possessore possidebat, vi fuerit deiectus,  
peti ab eo hæreditas potest, quasi à iuris possessore *l. 16. §. 4. ff. h. t.* quia ha-  
bet interdictum vnde vi, quo victus cedere debet, licet & ille qui vi deie-  
cit petitione hac teneatur.

25. Utilis vero datur contra eum qui dolo desijt possidere *l. 27. §. 6. ff. hic*  
quia alienauit hæreditatem ne conueniretur, sicut in simili potest contra eum  
qui dolo desijt possidere, intentari rei vindicatio *l. si autē 8. §. sed & is ff. de rei  
vind. si tamen is, in quem dolosa alienatio facta, restituat res hæreditarias  
actori, liberatur is qui dolo desierat possidere l. nec vllam 13. §. fin. ff. eod.*

26. Ut



26. Ut & contra eum qui non possidet res hæreditarias neque dolo de-  
sit possidere, sed tamen ut possessor sponte se liti obtulit, & iudicium sus-  
cepit, hoc vero procedit, quando actor ab initio ignorabat rem eum non  
possidere, secus si sciens, tum enim actor seipsum decepit *l. qui se liti. § 5. ff.*  
*eodem.*

27. Præterea contra eum qui cum posset, dolo tamen acquirere noluit *l.*  
*25. §. perinde ff. h. & Costal. ibid.* vel qui mala fide sciens emit hæreditatē *l. nec*  
*vllam §. si quis sciens ff. h.* vel bona fide quidem emit, sed modico pretio &  
venditor nō amplius extet *d. l. nec vllam. §. si quis* aut hæredi contra vendito-  
rem non est consu tum, quia non est præsens, vel non est soluendo, aut titu-  
lus est procuratus post conventionem in iudicio factam *l. 5. ff. h. Bart. in l. 3. §.*  
*opus ff. de alienatione iud. mut. ca. fact. Alex. ad l. vlt. coll. pen. C. de Edict. D.*  
*Adria. toll.* Hinc *Isaon in §. actionum inst. de act. n. 198.* reprehendit imperitos  
aduocatos, qui videntes, conuentum petitione hæreditatis, non habere ti-  
tulum, suadent ei ut procuret, atque ita agentem petitione hæreditatis pro-  
pter titulum excludat, quæ procuratio, ut inquit *Zaf. ibid.* non valebit fe-  
stucam. *Schneid. in d. §. n. 28. h.*

28. Hinc colligitur quod aduersus omnes ex titulo inualido rem possi-  
dentes hæc actio competat; Paria namque sunt nullo titulo vel non iusto  
neque valido possidere. *d. l. nec vllam. §. sciendum. Inst. de satisfat. tut.*

29. Nam qui bona fide titulo singulari rem possidet, hac actione nequit  
conueniri *Dd. in l. Hæreditatis. C. hic. Cyn. in l. cogi. Castrens. in l. 2. n. 3. C. eod.*  
Ratio hæc videtur, quia ut actor vincat reum, debet se fundare in iure po-  
tentiore, quam habeat reus, alias in pari causa melior est conditio possi-  
dentis *c. in pari 65. de reg. iur. in 6.* at in hac actione actor principaliter se  
fundat ex titulo nudo quod sit hæres, reus vero conuentus ex duplici iure,  
titulo nempe emptionis vel alio & possessionis.

30. Denique sicut hæredi hæredis hæc actio datur, ut dictum est supra  
*th. 67.* ita quoque generatim in hæredes eorum, qui pro hærede vel possessore  
possederunt, actio hæc intentari potest, nec interest bona vel mala fide  
possideant, *d. l. nec vllam. 13. §. Neratius. Treutl. disp. ead. th. 17. lit. B.*

31. Visis itaque quibus & contra quos competat hæc actio, dispiciamus  
modo quæ in petitionem hæreditatis veniant, ac primo quidem veniunt in  
hanc actionem omnes res corporales hæreditariæ, quæ scilicet fuerunt in  
dominio defuncti *l. item v. dendum. §. fin. ff. h. licet res minima. l. 10. eod.*

32. Et incorporales atque ita actiones hæreditariæ & omnia iura, *d. l. i-*  
*tem v. dendum. §. fin.* seruitutes vero ab hac actione excluduntur, cum nihil  
eo nomine possit restitui, sed si debetur seruitus prædio, à prædio rei con-  
uenti, ac restituto prædio reus noluit permittere hæredem uti seruitute, iam  
incipit fieri debitor hæredis, non defuncti, & ideo datur hæredi contra non  
præstantem patientiam, ordinaria actio scilicet confessoria *text. in l. & non*  
*tantum §. seruitutes. ff. h.*

33. Neque solummodo ea quæ fuerunt in dominio defuncti, veniunt in hanc actionem, verum etiam augmenta hæreditati accedentia, *l. 20. §. 3 ff. h. qualia sunt gregum, pecorum, l. 25. §. fin. ff. h. & ancillarum partus, l. 27. operæ seruorum l. 29. §. fin. mercedes à colonis acceptæ d. l. 29. pensiones ex re hæreditariæ perceptæ d. l. 27. §. fin. licet inhonestè factæ l. 52 in fin. h. tit. cum & in multorum honestorum virorum prædijs lupanaria exercentur, item res à defuncto tantum possessæ vel etiam tantum detentæ, vt res depositæ, commodatæ, quæ manserunt in hæreditate tempore mortis ipsius defuncti, *text. in d. l. & non tantum. pretia rerum hæreditariarum, pecuniæque, debitoribus exactæ. Vult. 2. Iurispr. Rom. cap. 22. text. in l. item veniunt. ff. h. t.**

34. Cæterum cum fructus insint ipsi hæreditati, eamque augeant *l. 2. C. h. t. l. 20. §. 3. ff. eod. l. 178. ff. de verb. signif.* atque ita etiam veniunt in hæreditatis petitionem, vt vna & eadem actione res & fructus simul petantur, siue extantes, siue consumpti, siue percepti siue percipiendi, siue naturales siue industriales siue ciuiles, differentia tamen inter bonæ & malæ fidei possessorem obseruata.

35. Bonæ fidei autem possessor, qui ex iustis vel friuolis causis existimat ad se hæreditatem pertinere. *l. item. §. Prætor. l. sed etsi §. 6. ff. h. VVes. in par. h. n. 11. fructus naturales non acquirit textus exp. in l. 45. ff. de vsur. & fruct.* quam communem esse sententiam multis autoritatibus probat *Cou. tom. 1. var. resol. cap 3. l. qui bona fide. ff. de acquir. rer. dom. Hart Pistor. in suo amicab. resp. n. 2. VVes. in §. si quis à non domino. Inst. de rer. diuis. quod de extantibus dubium non habet, de consumptis in quantum factus est locupletior tenetur, Hart. Pist. d. loc. l. 25. §. 12. ff. hic.*

36. Industriales consumptos suos facit indistinctè omnes ita vt nec de æstimatione teneatur, *l. 4. §. 2. ff. fin. regund. d. §. si quis à non domino. §. 2. Inst. de off. iud. l. 48. ff. de acquir. rer. dom.* ante litem contestatam vel motam controuersiam sed ex æquitatis naturalis ratione, de ijs in quantum factus est locupletior, tenetur, *d. l. 25. §. 11. l. 40. §. 1. ff. h. t. l. si me & Titium. ff. de reb. cred. Couar. cit. loc.* Perceptos vero, sed mota controuersia vel cum primum ei denunciatum est. *l. item veniunt §. petitam. d. l. 25. §. 5. ff. h. Azo in summa C. h. t. n. 22. adhuc extantes, quia tum quilibet possessor incipit esse malæ fidei, d. l. Item veniunt. §. petitam. ideoque actionis iure non officio iudicis eos restituere cogendus est. d. l. item. §. 1. VVes. in par. h. n. 11. Gæddæus in l. 22. ff. de verb. signif. n. 18. Myns. in §. etsi hæreditas. Inst. de off. Iud.*

37. Hinc mota solummodo controuersia ob malam fidem de vsuris bonæ fidei possessor conueniri poterit *Azo in summa. C. d. loc. specia' e, vt inquit, est in vniuersalibus petitionibus, vt tantum operetur denunciatio vel mota controuersia, quantum litis contestatio. Diss. videtur, l. 1. C. eod.*

38. Cum bonæ fidei possessor eos restituere teneatur fructus, de quibus factus est locupletior, vt ex th. præced. dictum, hoc vt appareat non sufficit præsumptio, sed liquido illud constare debet. *Felin. in c. de quart. num. 31. de prescript. d. l. 25. §. 22.*

39. Ma-

39. Malæ fidei possessor fructus consumptos & extantes, perceptos & quos percipere potuisset, *l. I. C. h.* Imo fructuum fructus. *l. illud quoque. §. prædo. ff. h.* quos non vt accessiones, cum aliàs accessionum nullus esset finis, restituere actionis iure compellitur, *Cuiac. ad d. l. illud quoque.* litis contestatione facta, hæreditateque petita cum eam non amplius augeant, *l. 51. §. 2. ff. h.* vsuræ fructuum officio iudicis hereditati cedunt *Cuiac. ad d. l. 51. Az0 ad l. I. C. h. t. Diff. Myns. & Gæddaus locis citatis.*

40. Porro expensæ vel sumptus quærendorum, cogendorum, conseruandorumque fructuum causa facti, tam à malæ quam à bonæ fidei possessore, naturali æquitate id ex postulante, deducuntur, *l. 36. §. fin. ff. h.* hoc discrimine quod hic sumptus petitori reputare possit, licet nihil fructuum inde perceperit, ille nisi fructus bene prouenerint, fructus enim compensantur cum impensis pro eorum modo & quantitate, *l. 37. ff. h.*

40. Fit hæc impensarum deductio per retentionem aut exceptionem doli, aut per implorationem officij iudicis, *l. in fundo. l. sumptus ff. de rei vind. l. plane. ff. h.* (Hinc malè *Gæddaus ad l. 79. ff. de verb. signif. n. 7.* exceptionem doli coniungit cum officio iudicis, vt rectè notat *Bachou. in notis ad Treutl. th. 10. l. C. h. Cuiac. lib. 10. obs. 1.*) aut per petitionem, hoc est actionem negotiorum gestorum vtilem. Quam tam bonæ quam malæ fidei possessori competere censemus, *l. domum. C. de rei vind. l. si pupilli. §. si d. et si quis. ff. de negot. gest. l. vtilium. ff. de impens. in res dot. fact. & d. l. planè eleganter Gæddaus cit. loc. n. 7. & 8.*

42. Vtiles impensæ secundum æquitatem refunduntur vel deducuntur *d. l. planè. d. l. in fundo.* tam à bonæ quam à malæ fidei possessore, si locupletior aduersarius futurus sit, sin non, possidens mala fide eos animo donandi fecisse videtur, §. *Ex diuerso Inst. de rer. diuis. Gædd. d. l. 76. §. 1. num. 6.* & ideo deductionem tantum, non retentionem vel actionem habet, *d. l. planè. l. Iulianus. ff. de rei vind.* nisi omnino animo gerendi negotium non sibi, sed domino fecisset. *Mynsing. in d. §. ex diuerso. & Gædd. cit. loc.* Bona fide autem possidenti eadem remedia, quæ etiam in necessarijs conceduntur. *Myns. d. l.*

43. In voluptuarijs hæc est differentia, quod bonæ fidei possessor habeat exceptionem doli, *l. vtilis. §. videamus. ff. de petit. heredit. prædo* ob expensas voluptatis & ornatus causa factas, nec poterit petere, nec retinere per deductionem materiæ, seruato etiam illæso pristino rei statu, *Couarr. Tom. 1. part. 2. relect. c. peccatum. de reg. iur. §. 6. n. 3. textus express. in d. §. videamus.* Veruntamen in iudicio interiori datur ei potestas tollendorum eorum, quæ sine detrimento ipsius rei tolli possunt. *Couarr. cit. loc.*

44. An etiam feuda petantur hac actione, nonnulla inter Dd. est altercatio, Nos Affirmatiuam quoad feudum hæreditarium pro se & hæredibus à vasallo receptum, vulgò *ein Erblehen. eum Mynsing. cent. 3. obs. 67. n. 2. VVe-senb. in par. h. n. 22. tuebimur.*

45. Quantum ad feudum antiquum ex pacto & prouidentia, concessum vasal-

vasallo pro se & liberis simpliciter, vulgò *Allvätterlich* oder *Stammlehen* non venit in hanc petitionem; Nam in successione feudi proximitatem non consideramus respectu eius personæ, à qua vacat feudum, sed potius succedit ex persona propria, considerato stipite & iure contractus primi acquirantis. *Gail. lib. 2. observat. 154. n. 3. & seqq.*

46. Huius ergo successor hæreditatem retento feudo repudiare potest, nec ad persolvenda debita à vasallo defuncto cōtracta cogitur iuxta *Gail. dicto loc.*

47. Instituebatur olim hæc actio apud centumvirale iudicium *l. fin. C. eod.* sed hodie vtpotè iudicijs illis sublatis, pro explorato habendum est coram quovis ordinario fori cōpetentis iudice, hanc actionem institui posse.

48. Proponi quoque hæc actio quovis loco potest, vel vbi domicilium possessor reus habet, *ext. in l. vnic. C. vbi de hered. agatur, vbi Bart. & Bald.* vel vbi maior hæreditatis pars est sita, & si pluribus locis dissipata sit, pluribus etiam locis poterit intentari, *l. fin. C. vbi in rem actio exerc. Bald. & Castren. d. l. vn. electioni scil. actori concessa, quo potissimum in foro agere velit, l. fin. C. de iurisd.*

49. Quænam actori in hac actione probanda veniant, ex supradictis facile deduci poterit, ac primo probare tenetur se esse hæredem vel ex testamento vel ab intestato, licet id regulariter in libello offerendo non cogatur exprimere; deinde bona quæ petit tempore mortis fuisse in possessione vel detentatione defuncti, de quibus supra plenius actum

50. Sed pro sublevanda quandoque probatione possessor titulum suæ possessionis allegare ad instantiam actoris tenetur *l. cogi, C. eod.* petiturque à possessore, vt aut inventarium bonorum in hereditate repertorum iustum atque idoneum exhibeat. aut mediante suo corporali iuramento quantitatem eorundem declaret, *l. fin. §. licentia. C. de iur. delib. VV. s. in par. n. 13. h.*

51. Restat nunc finis & effectus, cuius gratia hæc petitio instituta est, facileque elici ex præcedentibus potest, cum hoc potissimum intendatur, vt actor hæres declaretur, & officio iudicis restitutio decernatur & fiat, Non tamen necesse est ferre sententiam certam respectu rerum singularium, quæ in executione possunt specificari, sed sufficit certam esse respectu iuris vniuersi.

*Corol-*

## Corollaria Theorico-Practica.

### I.

Statutariam illam & consuetudinariam possessionem, quæ à defuncto hic Coloniae & in Gallia in hæredem sine vlla interruptione continuata esse intelligitur, inducere aditionem hæreditatis, si repudiatio in contrarium nulla sit, adeò vt si non declarata voluntate hæres siue testamentarius, siue legitimus decesserit, quidam non dubitent quin ad ipsius hæredem hæreditas quasi adita transmittatur, planè erroneum esse statuo: Quia longè distat possessio ista consuetudinaria, ab ea quam hæres naturaliter & corporaliter nanciscitur, cum vult gerere pro hærede: Illa enim facit hæredem eum, qui hæres non erat, quoniam hoc ipso, quod attingit, vel minimum quid hæreditarium gerit se pro hærede, si aliam attingendi causam nullam habuit & consequenter fit hæres non minus, quam adeundo, post sublatas Theodosij constitutione cretionum solennitates *l. 88. l. 20. ff. de acquir. hered. l. 17. C. de Iur. delib.* At possessio consuetudinaria non acquiritur animo & facto vlllo hæredis, sed sola consuetudinis potestate. Itaque non potest inducere aditionem aut gestionem pro hærede quæ facti est, & animi. *Anton. Faber. de error. pragmat. decad. error. 6.*

### II.

Hæreditatis aditio non præsumitur, sed ab allegante probanda est. *Mench. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 99. n. 1. & seqq. vbi idem tradit in fin. n. 3.* hoc procedere etiam in hæreditate opulenta.

F I N I S



Compendium der Physik

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.




X 2874408


94 A 7386

VD 17









Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19  
Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red


Magenta

White

3/Color

Black

7.



DECIMAQUARTA  
PUBLICI,  
ITIONE  
ITATIS.

AM

*e Numine,*

DIBVS

*issimis Viris, ac DD.*

ANNO, I. V. Doctore, &  
SS, SS. LL. Licentiato,  
atore & Fisco.

*uris Collegio publice disputan-*  
*May, An. 1629.*

R G, Arvveilero Eiflius.



GRIPPINÆ,

ich, prope Augustinianos.

